in quovis Judicio et officio Regni productis et producendis emundare et libera-
re mundaq et libera semper facere ac etiam intromissionem praefatam coram
officio praesenti admissam in fundo bonorum eorundem dum per Attentum Nobi-
lis officio requiretur non denegare imo tenebitur eandem effectuari dare
et admittere data et admissa eadem possessionem et usum fructum
praemissionum quovis modo tam per se quam per suos quasvis submissas
et subordinatas personas non praepedire nec adimere ipsumq Nobilem Stani-
slaum Rosnowski et eius successores in eisdem bonis tam in toto quam
in parte non iniuriari ita ut eadem bona praesentibus obligata praefatus Rosno-
wski cum suis posteris quiete et pacifice praesentis suae inscriptionis ob-
ligatoriae vigore tenere et possidere queat. Subq vadio similis Summae
Centum florenorum pecuniae polonicae per eundem reqnantem Nobilem Albertum Brzo-
zowski aut eius successores ob non completionem praemissionum omnium et sin-
gulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbens, ac tenore memoratus reqnans Nobilis Albertus Brzozowski
praefato Nobili Stanislao Rosnowski et ipsius posteris dat et conce-
dit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem
obligatoriam ex his Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria
Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae
transportata tantum valebit acsi per ipsummet reqnantem transportaretur. Pro
quo quidem vadio modo praemisso ad solvendumq succumbendo ac pro reali-
que praestanti ex praemissis non completa complendisq praemissis citatus
extunc memoratus reqnans Nobilis Albertus Brzozowski aut eius successo-
res ad instantiam suprascripti Nobilis Stanislai Rosnowski aut eius poste-
rorum ad officium praesentis Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu
suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis

termino.

termino nunquam peremptorio stare ... parere vndere vadium praefatum
luere inscriptioni huic satisfacere ac omnia iudicatum pati debebit ac tene-
bitur seq ac suos successores ad eadem omnia obligat cumq terminum
primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusq Causae Ter-
minos semper peremptorios ... infirmitate pro maiori minorennitate suc-
cessionum legationis intra vel extra Regnum servitio militari ad muniendum
ad victoriam ... qualibus suis dilationibus et legalibus impedimentis non dif-
ferendo ad quietationem vltra proximos terminos officii praefati Castrensis
Premisliensis dilationem sibi non recipiens nullasq motionibus appellationes ca-
rumq prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel du-
plicatis cum ... suspensionibus fatalibus iuris praefatione
Terrestri bella convocationeq et aliis omnibus iuris remediis et defensis
non subterfugiens Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante

Hordynski Fratribus suis Cedit

Comparens personaliter coram officio actisq praesentibus Castrensibus Capitaneal. Pre-
misliensibus Nobilis Lesko Hordynski sanus mente et corpore existens
a Terrestris districtus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et
Competentibus recedens huic autem iurisdictioni officii praesentis Castrensis Pre-
misliensis quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisq suis ge-
neraliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciens palam libe-
re publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo
volet de inscriptione Terrestri Premisliensi originaliter per Nobilem An-
nam Hordynska olim Nobilis Antonii Hordynski consortem relictam No-
bilis olim Zaniowski cuius nomen ad praesens ignoratur. Super Sum-
mam septuaginta florenorum polonicalium in bonis certae sortis volet pulsarei
roli na Miedzy dwora Sienkowska nuncupatae in bonis villae Hordynia
districtu praesenti Premisliensi consistentibus modo obligationis facti et recognitae

per eundem vero Zaniowski sibi recognoscen[ti] Actis Terrestribus Premi-
sliensibus cessa et transfusa in scriptionibus iisdem tam originali quam
cessionatae de premissis laboribus necnon de summa praefata septu-
aginta florenorum polonicorum in eadem inscriptione contenta bonisque pro-
fatis obligatis lucrum omnium praemissorum iure dominio et pro-
prietate omnibusque et singulis eiusdem inscriptionis conditio-
nibus punctis clausulis articulis ligamentisque et nexibus uni-
versis. Necnon summis et bonorum summa et inscriptione pro-
fata obligatoria onerabunt utilitatibus fructibus proventibus
redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis
quibusvis universis nihil pro se suisque successoribus aut alio-
quopiam reservando seu excipiendo. Verum prout praemissa om-
nia sibi recognoscenti serviebant ac se concernebant. Iam ex nunc
Nobilibus Michaeli et Stanislao Hordynskim fratribus suis
germanis eorumque posteris cedit et condescendit omneque et in-
tegrum ius suum praemissorum omnium in personam eorundem
cessionariorum suorum ac eorum successorum totaliter et plenarie trans-
fert transfundit et incorporat per praesentes perpetuo et in aeternum
Etiam ex nunc praenominatus recognoscens Nobilis Lesko Hordynski
praefatis cessionariis suis eorumque posteris in hoc idem ius sibimet
et bona praesentibus per se recognoscens abscessa cum modo praemissis [illegible]
senti dat et concedit realem intromissionem et actualem pacificamque
possessionem per Ministerialem quemcumque et Nobiles duos ipsi nunc ab officio
presenti additos die quacumque voluerint officiose acceptanque. Per ipsos cessio-
narios eorumque posteros hoc idem ius cessum praemissorum omnium tenendi habendi
possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ad seusque suos suorumque
successorum quosvis beneplacitos libere convertendi vigore praefati iuris originali ac alia latius

in se

in se complecten[tis] et praesentibus inscriptioni cessionariae et condescensoriae. Debetque
et tenetur supradictus recognoscens Nobilis Lesko Hordynski prout se ac suos
successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniariis
habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus eosdem cessionarios
suos et eorum posteros in eiusque bonis modo praemisso abscessis et
ratione eorundem bonorum ab omnibus et quibusvis impetitione vindica-
tionibus quarumcumque personarum status sexus existentium in omnibus iudiciis et officiis
Regni totiens quoties opus fuerit ex se persona et occasione emergentibus
tibus exorientibus tueri defendere evincere intercedere indemnesque
cum suis posteris reddere. Idque sub vadio simili summae Septuaginta
florenorum polonicorum per eundem recognoscentem Nobilem Lesko Hordynski eiusque poste-
ros praefatis fratribus suis germanis cessionariis suis eiusque posteris ob
non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte to-
ties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendum. Insuper praenominatus recogno-
scens Nobilis Lesko Hordynski dat et concedit eisdem Nobilibus Micha-
eli et Stanislao Hordynskim fratribus et cessionariis suis eorumque posteris
plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem
cessionariam ex his Actis Castrensibus Premisliensibus authentice depromptam
ad Acta Terrestria Premisliensia quandocumque voluerint transferendi et transportandi
quae transportata tanti valebit ac si per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro
quo quidem vadio modo praemisso ad solvendumque succumbendo ac pro re aliqua prin-
cipali ex praemissis non completa complendaque. Praemissa citatus [illegible]
nominatus recognoscens aut eius successores Ad instantiam praefatorum Hordynskich
fratrum suorum germanorum et cessionariorum aut eius posterorum Ad officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex hinc recessu supra ascisi quoties [illegible]
dendi spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam [illegible]

stare, iuri parere, ratione vadii praedicti luere, in scripto huic satisfacere ac
rem iudicatam pati debebit ac tenebitur. Seque ac suos successores ad eadem
omnia obligat, eundemque Terminum primum peremptorium et alios omnes conse-
quentes causae cuius terminos semper peremptorios vera infirmitate
per maiori minorennitate secundum legem vel extra Regni servitio
militari ad munimenta ac Quicherem vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos ter-
minos officii praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque
motiones appellationes earumque prosecutiones faciens ac praemissa omnia penitus
simplicibus vel iuratis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescri-
ptione Terminorum bello Conventione ac aliis omnibus iuris remediis et defensis
non subterfugiens hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

1628 12/VII

Actum in Castro Praemisliensi Feria Quarta ante Festum Sanctae Margarethae Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo Octavo.

Dobronicki et Piotrowski Roborant

Comparentes personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Adam Dobrynicki a una et Albertus Piotrowski [illegible] et Albertus Piotrowski qui nomine Generosi Alberti Mieszkowski Dapiferi Terrae Podoliae Domini sui pro cuius ratihabitione cavet et praesentibus inscribit sub vadio infrascripto parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terrae districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibus si patris et competere recedens huic autem iurisdictioni officii praesentis Castrensis Praemisliensis quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporantes atque subiicientes

palam

palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet ipsorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque partis inscribunt et obligant praesentibus intercisam certam inter se recognitis ratione quarumvis rerum et contractuum in eaque intercisa contentarum de actu et data hic Praemisliae de hodierna confectam manibus eiusdem Generosi Dobrynicki pro parte vero praefati Generosi Alberti Piotrowski Generosi Danielis Gorski subscriptam vadioque trecentorum florenorum pecuniae Polonicae firmatam in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis et nexibus generaliter universis tam in parte quam in toto tenere complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque intercisae et omnibus illius contentis satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vicissim in toto referens Seque sub vadio simili summae Trecentorum florenorum Polonicalium per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit absolvendis succumbens. Caeterum praefatus recognoscens Generosus Albertus Piotrowski se et suos successores in et super bonisque suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus praefatum Generosum Albertum Mieszkowski Dapiferum Terrae Podoliae in eventum mortis successores ipsius ad Acta quaevis authentica Regni ante decursum duodecem septimanarum ab actu praesenti ad approbandam per ipsum inscriptionem praesentem roboriam adducere et personaliter statuere et ab eo praemissa exequatur efficere Seque sub vadio Trecentorum florenorum pecuniae Polonicae praefato recognoscenti Piotrowski aut eius successoribus praefato Generoso Adamo Do-